Luchinuſ vicecomeſ Aecij ꝑdicti patruuſ:⁊ Mathei filiuſ:h̃ ãno Aecio mortuo:eidem in
mediolanẽſi regno ſuccedẽſ regnauit vna cum Ioãne eiuſ fratre mediolanẽſi archiepõ an 1341
niſ ferme.8.Hic clariſſim⁹impatoꝛ extitit:⁊ i oĩ genere laudiſ ꝑſtãſ quam i ꝑncipe eẽ opoꝛ
teat.Qui ſuſcepto ꝑncipatu oẽſ vno aio habere cepit:vnde ⁊ cũctoſ qui ab Aecio exulaue
rãt redire fec.Quãobrem oẽſ i ſuã pellexit amicitiã.Hic ꝯ Maſtinũ Scaligeꝝ viꝝ ſui tẽ
poriſ potẽtiſſimũ bellũ ſuſcepit:a quo Bergomũ ⁊ Brixiã auferẽſ i ſuã redegit ptãtẽ.Ali-
aſ deide Ciſalpine vrbeſ:ptim armiſ:pti beniuolẽtia:i fidẽ ſuſcepit ⁊ ſuo regno adiec.Quã
obrẽ Bñdict⁹põtifex ipſoſ mediolãi aliarũqꝫ vrbiũ quaſ poſſidebãt vicarioſ ecclie ꝯſtitu
it.Hoſ ſoloſ ẽt clemẽſ ei⁹ſucceſſoꝛ põtifex cũ tota italia i tumultu ob redditũ Bauari im-
patoriſ depoſiti i Inſubrie vicarioſ ꝯfirmauit.de reliquiſ italie ꝑncipib⁹nulla mẽtiõe hita
Exiſtimabat eim eoſ ob eoꝝ potẽtiam Bauaro redeũti reſiſtere poſſe:hic eim chriſtianiſſi
muſ ⁊ munificẽtiſſimuſ pꝛiceps multa monaſteria ⁊ Baſilicaſ i Mediolão:⁊ alibi partim
reſtituit:⁊ partim a fundamentiſ extruxit:additiſ etiam fũdiſ quo ſacerdoteſ viuerẽt.In-
ſuper ⁊ menia noſtre ciuitatiſ Bergomi magna ex parte vetuſtate collapſa ſuiſ quaſi ipẽſiſ

Ianuarius
reſtaurauit vt ex muroꝝ iſcriptōibꝰ appet. Arcē quoqꝫ i colle eiuſdē vrbꝭ quā capellā vocāt a nepote ichotā: āno ſalutis nr̄e. 1345. ipe pfec. Itidē i caſtello Brixie egit: qḋ i meliorē formā redegit. hic Iſabellā genuēſē pſtātē mulierē duxit vxorē: q̄ cū ānis multis apȯ eū ſine ptu fuiſſꝫ: ob ītercessionē diui Marci euāgeliſte (cui ſe deuouerat) gemios vno ptu edidit. Quibꝰ editis ſtati Venetias ad grās diuo Marco exoluēdas pexit: vbi ⁊ ab Andrea Bādulo duce ſūmo honore excepta eſt. Tādē Luchinꝰ hic cū nil ptermiſiſſet ⁊ ā ī pncipatū ⁊ in ipſo pncipatu qḋ iuſtū pncipē decēt: āno dn̄i. 1349. tertio idus Ianuarij Mediolāi ȯſūctꝰ ē: ⁊ regijs exequijs ḋcoratꝰ i phano diui Ambroſij inſigni tumulo ſepultus.

## Viri doctrinis excellentes.

Frāciſchꝰ petrarcha chr̄ianiſſimꝰ ⁊ religioſus vir: phūs ⁊ poeta ſui tpis clariſſimꝰ his tpibus eremiticā vitā ducēs| ob eiꝰ mores ſcitate laudabiles maxio i pcio hītꝰ ē: ⁊ cū eēt ob eiꝰ elegātiſſimā doctrinā ⁊ ſinglārē poeſim apȯ oēs italos ⁊ germāos atqꝫ gallos ſinglāre ⁊ pēne decus. ⁊ int̄ cetos viros illuſtres merito numerādus a Romāo ſenatu ēt hꝰ tpe i capitolio approbāte Roberto Sicilie rege laurea corona īſignitꝰ ē. hic eīm cū ab ipſa ſua iuuētute poetice glia iſignis ⁊ orator ſuauis atqꝫ facūdꝰ hērēt: cui ēt oīs phie ſinus aptꝰ erat. ob amorem ſolitarie vite ad execrāda oīa vicia: ſūmi pōtificis ⁊ alioꝝ patrū atqꝫ pncipatū beniuolētiā ſpreuit: ⁊ i patauino agro i quādā vallē clauſam abijt: ibidēqꝫ oēm fere floridā iuuētutē ſuam vniꝰ vilici ꝯtētꝰ obſequio meditādo ⁊ orādo atqꝫ ꝯponēdo ꝯſūpſit. Tandē ꝯfectꝰ ſenio āno dn̄i. 1374. ſanctā chr̄o reddidit aīam: cuiꝰ corpꝰ i ſepulchro marmoreo q̄ttuor colūnis ſuſtentato ibidē ſepultū fuit. huic āt cū igeniū pter humanū eſſꝫ. pmꝰ oium lōgo poſtliminiū fuit: a quo eloquētie ſtudia excitata ſūt: nec tn̄ eū attigit Ciceroniane eloq̄ntie florem quo multos tpibus nr̄is videmꝰ ornatos: in quē certe (vt aiūt) magꝭ libroꝝ q̄ igenij carētia culpāda fuit. Edidit āt hic celeſtis vir petrarcha tā pſayce q̄ metrice cōplima opa: q̄ cū ſint lepore ſonātiū verboꝝ meliflua ⁊ ſn̄iaꝝ ſucho mirabili ſapida: potiꝰ artificio celeſti q̄ humāo igenio iudicāt̄ fabrefacta. Sꝫ q̄ ad manus nr̄as deuenere hec ipſa ſunt.

Bucolicoꝝ v̄ſibꝰ libꝝ. i. icip. Monice trāq̄llo ſolꝰ: De vita ſolitaria li. i. paucos hoīes noui. De remedijs fortuitoꝝ li. i. cū res fortūaſqꝫ. Eplāꝝ li. i. Si mihi ſeua piū hualſēt ſydera rḡe. Aphricā ēt edidit: quā Roberto regi ītitulauit. Et ritimoꝝ libros plimos nr̄a lingua cōpoſuit multo ſplēdore fulgentes ac igenti ſuauitate redolētes.

Frāciſchꝰ ḋ Barbario Florētinꝰ poeta ⁊ canoniſta digniſſimus: vir quidē fidei itegerrime ⁊ moꝝ honeſtate ac ſpectabili vita laudabilis cū petrarcha floruit: qui ⁊ ſi ſacros canones lōge magis q̄ poeticā nouerit: ⁊ ipſe nōnllā opuſclā Ritimis vulgaribꝰ igenij ſui nobilitatē pſtātia edidit: q̄ adhuc apȯ mltos i pcio hn̄t: pp q̄ ⁊ iter egregios viros merito numerā d'ē.

Albricꝰ Roxiatꝰ Auguſti pōtificio iuris optimꝰ iterpres: ipſe apȯ Bergomū ortꝰ ſui civitatē clariſſimꝰ hītꝰ ē. Cuiꝰ igenio pmaxie ampliſſima ciuiliū pōtificaliūqꝫ legū volumia ſūt illuſtrata. Sup toto eiꝫ Codice ac nouo veteriqꝫ Digeſto: necnō ⁊ ſup Inforciato commētarios edidit celebres. Ferūt̄ ⁊ eiꝰ i ſtatutis ⁊ ſexto Decretalium tractatus pulcherrimi. Comediāqꝫ diuino volumine ſup Dātem ꝯpoſuiſſe tradunt.

Ioānem ēt Guardū viꝝ domi nobilē: ſꝫ v̄tutibus ⁊ legū ſcia nobiliorē hiſdē tpibꝰ aſcribunt. qui i eadē vrbe Bergomo igenio locupletiori maiori i precio habitus fuit.

Yuo natōe Brito eruditiſſimꝰ iuriſcōſultꝰ: p hec tpa pter doctrinā ⁊ eloq̄ntiā ſinglārē quibꝰ egregie iſignitꝰ erat: mira ēt pietate ac clemētia i paupes ⁊ orphanos vſus celeberrimꝰ hītꝰ ē. Qui cū amplū p̄rimoniū hr̄et ſpeꝫ ſuā i deo collocāſ: paupū ⁊ orphanoꝝ ac viduaꝝ cās pviriliquo aduixit tuere cepit: pp q̄ a dn̄o poſtea ꝯdignā laboris ſui mercedē accepit. ſ. felicitatē eternā: q̄ mortuo cum crebris fulgeret miraculis int̄ ſāctos aggregatus. Cuius feſtū ſexto kalēdas Septembris celebrari iuſſum eſt.

Gregoriꝰ Ariminēſis gn̄alis por ordis nr̄i Eremitaꝝ diui Auguſtini accutiſſimꝰ ſacre theologie iterpres: hiſdē tpibꝰ apȯ pariſiū ob igenij magitudinē a tota vniuerſitate magnas laudes ꝓmeruit: vbi cū ei igeniū pſpicax eēt ⁊ reꝝ multaꝝ ⁊ q̄ maxie phie ac theologie plena noticia eēt. Sup pmū ſecūdū ac tertiū ſn̄iaꝝ accuratiſſime ſcripſit: q̄ lectura ēt nūc pariſienſes vtunt̄. Habent̄ ⁊ eius i eplis Pauli ꝯmentaria digniſſima.

Thomā ḋ argētia ordis pꝰ gn̄alē pdc̄ꝫ Gregoriū creatū: tēpeſtate ac floruiſſe ferūt. q̄ ſr̄ q̄ttuor ſn̄iaꝝ libris ꝯmētaria digniſſima edidit: qbꝰ ſcholaſtici i Germāia maxie vtūt̄: cū plimū alioꝝ ſcripta pſtat̄ cēſeāt̄. ꝯſtitutiōes ēt ordis i formā redegit ⁊ bn̄ficia multa ordini ꝯtulit.

Alphōſum etiam Hyſpalenſem epm: eiuſdem ordinis ꝓfeſſum ⁊ doctorem cum eiſdem claruiſſe ꝯſtat: cuius ſcripta maxie ſup ſn̄iaꝝ libris: maxio ab oibus habēt̄ i pcio: vbi hr̄i pn̄t.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Bauarꝰ

Michaelē de Maſſa ipſiꝰ quoqꝫ ordiniſ preclariſſimũ theologum ⁊ multaꝝ artiũ ſcientiſ ſimũ atqꝫ venerabilem viꝝ:hac ipſa tempeſtate nõnulli floruiſſe ſcribũt. Qui preter ſentē tiarũ cõmētaria:ēt ſuper Matheũ de quattuor virtutibuſ ⁊ alia pleraqꝫ opuſcula edidit.

Joãneſ de Bachone ordiniſ carmelitaꝝ ſacre theologie ac iuriſ canonici doctor:ꝑ hipſum tpſ apõ pariſiũ. deīde ī Angliã ꝓfectꝰ ob īgenij magnitudinē clariſſimuſ iudicatuſ eſt.

Aſteſanũ de Aſt ordiniſ minoꝝ:bachalariũ oī doctria excellētiſſimũ:hiſdem tpibuſ celebrē ⁊ preclariſſimã ſũmam tã ī theologia ꝙ̃ ī legibuſ (īcerto tamē auctore) edidiſſe tradũt.

Joãneſ quoqꝫ de Saxo eiuſdem ordiniſ:per ipſum tempꝰ ⁊ ipſe aliam ſũmam in vtroqꝫ iu re (licet nõ eiuſdem precij) compoſuit.

Lodulphuſ alamanꝰ ordiniſ cartuſiēſiũ:vir doctria ⁊ moꝝ ſanctitate clariſſimꝰ hiſdē tpibꝰ peroptime vitam dñi noſtri Jeſu Chriſti egregio volumīe: ⁊ quodã celeſti artificio: ac po tiꝰ diuīa reuelatiõe fabricauit. In quo ſe oſtēdit venerabilem viꝝ ⁊ oīum reꝝ tã diuiarũ ꝙ̃ humanaꝝ ⁊ potiſſimũ ipſiuſ Jeſu chriſti vite (ꝓut potuit hoī eſſe) pleniſſimã habuiſſe no titiã. Alia quoqꝫ laude digna hic deuotꝰ atqꝫ venerãduſ vir edidit.

Andalo natiõe genuēſiſ:ex nigroꝝ familia natꝰ. Aſtronomꝰ quidem ſciētiſſimꝰ ⁊ generoſuſ atqꝫ venerabiliſ vir: Joãniſ Bochacij ī aſtroꝝ motibꝰ ꝑceptor:hiſdem tpibꝰ floruit. Cuiꝰ quãta fuerit circũſpectio:quãta moꝝ grauitaſ ⁊ ſydeꝝ notitia:idem ī quintodecimo liꝰ ſuo deoꝝ genealogie optime declarat. Nã cũ vniuerſũ ferme ꝑegraſſet orbē:nõ ſolũ regulꝰ ve teꝝ. (vt plimũ fit) aſtroꝝ motꝰ agnouit:ſꝫ ēt ſub quocũqꝫ climate:ſꝫ quocũqꝫ Orizõte expiē tia diſcurſuũ certior factꝰ viſu didicit:qꝺ alij auditu diſcũt. Cuiꝰ quidē ꝑclariſſimi viri pli ma extãt ea ī facultate opuſcula aſtroꝝ celiqꝫ motꝰ oſtēdētia:que certe quãtũ ſibi circha ta lia fuerit pereminētie declarãt.

Barlaã quoqꝫ diui Baſilij monachũ:natõe Calabꝝ viꝝ ſcīa clariſſimũ:⁊ greciſ (vt Bocatiꝰ ait) adeo eruditũ:vt īꝑatoꝝ ⁊ ꝓncipũ grecoꝝ atꝫ doctoꝝ hoīuꝫ ꝓuilegia hrēt teſtãtia:ne dũ hiſ tpibꝰ apõ grecoſ eē:ſꝫ nec dũ a mltiſ ſecliſ citra fuiſſe viꝝ tã īſigni tãqꝫ grãdi ſcīa ꝓditũ. Quē nõnulla greco ſmõe ꝯpoſuiſſe tradũt:q̃ ⁊ ſi q̃daꝫ ī libꝝ nõ fuerit reducta:oñderũt tñ eũ mlta vidiſſe:⁊ optīe ītellexiſſe demõſtrãt.

Paulꝰ peruſinꝰ grauiſſimꝰ vtriꝰqꝫ iurꝭ doctor. Barlae ꝓdicti ſinglãri amicitia iũctꝰ:vir mlta rũ reꝝ noticia doctꝰ:ꝑ hꝫ tpſ ſuꝑſteſ exiſtēſ iter viroſ ꝓſtãteſ ãnumeratꝰ ē. Eo ꝙ maximuꝫ ꝯpoſuerit opꝰ:qꝺ collectionũ libꝝ titulauit:ī quo mlta ſũt ad varia ſpectãtia. Et quicquid de dijſ maxīe gētiliũ:nõ ſolũ apõ latioſ:ſed ēt apõ grecoſ iueniri põt:adiutorio Barlae pre dicti colegit:a quo Bocatiuſ (vt ipſe teſtatꝰ ē) multa de generatione deoꝝ excerpſit. hic diu cuſtoſ ⁊ magiſter bibliothece Roberti Sicilie regiſ fuit.

Paulꝰ Florētinꝰ geometra ꝑ hꝫ ipm tpſ vniuerſo occidenti eã ī facultate ⁊ Ariſmetrica atqꝫ Aſtrologia notiſſimꝰ fuit:⁊ nlli ſue etatꝭ ſcōſ. Cui adeo ea ī facltate oīa apta fuē:vt nil apud eã illi icognitũ fuiſſe rferatꝰ:⁊ ꝙ mirabile dictu ⁊ viſu fuit:lõge magꝭ q̃cquid õ ſyderibꝰ aut celo loquēꝰ:ēt ꝓpriſ mãibꝰ cũ iſtrumētꝭ ad hꝫ ꝯfictiſ oculta fide ſpectare volētibꝰ dmõſtrauit

Jotꝰ deniqꝫ ꝓclariſſimi ī pictura īgenij vir:qui ſuꝑioribꝰ diebꝰ antiquã lõgo tpe pingēdi arteꝫ nobiliſſimã reddidit:hiſdē tpibꝰ ī ꝓcio exiſtēſ cũ a Benedicto põtifice ī Auinionē ad pigē dũ martyꝝ hiſtoriaſ īgenti ꝓcio ſtatutũ fuiſſꝫ:morte ꝓuentꝰ rē emiſit.

Clemēſ. 6ꝰ. ꝓꝓ:pria lemonicēſiſ:mõachꝰ Petrꝰ antea vocatꝰ: hꝫ ãno ex Rothomagēſi archiepo. Bñdicto ſuffectꝰ:ſedit ãniſ. 10. mēſ. 6. ⁊ diebꝰ. 28. Perhũanꝰ quidē ⁊ ī oēſ li beraliſ mlteqꝫ doctrīe:ac ꝯpoſite eloq̃ntie vir. Qui pꝰ ſui põtificatꝰ ãno decē cardialeſ crea uit:e qbꝰ vnꝰ frꝭ ſuꝰ mõachꝰ:⁊ alter ex ſorore nepoſ fuit. Hic iobileũ quē Bonifaciꝰ. 8ꝰ. mile ſimo trecētesimo dñi ãno celebrauerat:⁊ õ cētenario ī cētenariũ obſuãdũ declarauerat. ad q̃nq̃genariũ numeꝝ reduxit:q ē ꝓprie numerꝰ Jobilei. Jnde tumltuãte vniuerſa italia ex depoſitiõe ipij Bauari Luchinũ ⁊ Joãnē archiepm eiꝰ frēꝫ vicecomiteſ vicarioſ ꝯfirma uit:a ceteriſ ãt abſtinuit cũ Bauarꝰ tridētũ peteſ italiã itraturꝰ vidēꝭ. Qui pari mõ ī multiſ ecclie trīſ vicarioſ ſuoſ ipiali auctē ꝯſtituit vꝫ Joãnē õ vico vrbiſ ꝓfectũ in Viterbio. Ga leotũ malateſtã ī Arimio: Antoniũ Ferretanũ ī Anchõa. Et Nolfũ cũ frē ſilr Feretrãoſ ī Vrbio. Gētilē Varaneũ Camerini: Guidonē polētanũ Rauēne. Frãciſchũ bordelaſum Foroliuij ⁊ Ceſene. Et Joãnē Mãfredũ Fauētie ⁊ Jmole:⁊ alioſ ꝑ diuerſa latie ꝓuīcie loca. Clemēſ ãt põtifex quoſdã cardialeſ ex Auiniõe Romã miſit:q ſtatũ vrbiſ ꝯponēteſ (ſõiatꝭ ſeditiõibꝰ) Petꝝ Sarã colũnēſē ⁊ Joãnē Vrſi filiũ ſenatoreſ dclararꝭ. Et Nicholaum publicũ ſcribã ciuē Romanũ q ſtatũ vrb ī ſuã rdegerat ꝑtãtē ⁊ ſe tribunũ ꝯſtituerat ce pēt ⁊ ī vīculꝰ ꝯiecēꝭ. Quapꝑ timēſ põtifex ne italia flamma ⁊ ferro vaſtareꝭ. Bononiam

Papa. 207.

1343 6542

Bauarus

Viceecomitib⁹ ac lege ↄceſſit: vt duodecim milia numū auri ſingulis ānis Ro. eccl̄ie pſolue
rēt: τ pacem iter oēs ↄſeruarēt. Deniqȝ cū Barbari τ Mauri īfideles vtrāqȝ Hiſpaniā τ
germaniā lacerarēt. Clemēs hic pnceps ad gerendū bellū ↄ̄ eos ↄpulit. qui ↄ̄ hoſtes ſepe
feliciterqȝ pugnauerūt: multiſqȝ eoꝝ ceſis: inumerabiles triūphos egerūt. ſed⁹ ēt iter Edu
ardū Angloꝝ: τ Philippū frācoꝝ reges ↄponere perſepe ānixus ē: ſȝ fruſtra laborauit. po
ſtremo ī oīb⁹ boni paſtoris officio funct⁹: āno dn̄i. 1352. Auinioni morit̄: τ a cardialib⁹ abdi
ta boneſta funeris pompa ibidem ſepelit̄.

Andreas Dādulus. 57⁹. Venetoꝝ dux: Bertolo duci: hoc āno ſurrogat⁹: ducauit annis. ii. τ
1343 mēſ. 8. vir certe ſua etate nō modo magni τ excelſi ↄſilij: ſed etiā (p Frāciſci petrarce teſti
monio) lr̄aꝝ eruditiōe doctiſſim⁹. Cuius tp̄e cū Cretēſes a ſenatu defeciſſent: ſuo cōſilio τ
prudētia: potius q̄ armis rurſus colla ſubmittere coegit. Nam ſtatim claſſem ī eos mittens
leuib⁹ certaminibus deuicit: τ ī fidē ↄuertit. Indeqȝ Clemētis pōtificis hortatu trigita bire
mes auxiliares ī turcos (vtrāqȝ Hiſpaniā vaſtātes) trāſmiſit: τ eos multis cedib⁹ τ īcōmodis
humiliauit. Pugnauit deide nauali p̄lio cū genuēſib⁹ quos p⁹ ↄflictu ſupauit. Sȝ mox a Ge
nuēſib⁹ reſūptis virib⁹ Philippū Auriani viꝝ audaciſſimū claſſis ducē ſibi ↄſtituentes: Ve
neti ad eiſdem fuſi τ lacerati: Chiū īſulā perdidere. Et Euboiam vix tuere potuerūt: ſȝ τ
tātam Veneti a Genuēſib⁹ eo ī prelio occidionē ſuſceperūt: quātā antea vnq̄. Hic āt cum
vrbem Venetiaꝝ multis τ egregijs edificijs clariorem τ cultiorem reddidiſſet: p triēnium
ſeuiſſimā τ gn̄alis peſtis eā agreſſa igētē multitudinē ↄſumpſit. Deniqȝ τ ipſe moriēs apud
ſanctū Marchū ī baptiſmali capella ſepellitur.

Gualter⁹ natiōe Gallus: Athenaꝝ dux appellatus: h̄ āno a Roberto Sicilie rege ī ſubſidium
Florentinoꝝ ↄ̄ Piſanos miſſus: tyrānidē ī vrbe Florētia decē mēſes obtinuit. Florētini eīȝ
cū Lucā vrbē a Maſtio Scaligero p̄cio quīgētoꝝ miliū ducatoꝝ emiſſēt Piſani p̄us illā
obſederūt. Sȝ Florētini a Maſtio ītromiſſi ſūt: pp q̄ Piſani ī illos bellū mouerūt. Et pre
lio ↄmiſſo maiorē q̄ antea vnq̄ Florētini ſtragē accepūt. Quare fracti aīo ad eūdem Ma
ſtinū Scaligeꝝ τ ad bononiēſes ↄfugerūt. qꝛ Robert⁹ rex nōnullum eis ſubſidiū mittē po
terat. Acceptis igit̄ a Scaligero τ Bononiēſib⁹ equitib⁹ multis: belli ducē Galeotū mal ate
ſtā ſibi ↄſtituerūt: qui cum magno exercitu ī Piſanū agrū accedēs bellum a Luca Piſanos
diuertere ↄpulit. τ obſidiōem Lucanā ſoluere fecit. Interea Robert⁹ rex hūc Gualteꝝ cū
aliquo equitatu ad Florētios miſit. Qui artib⁹ exquiſitis p̄pli grām aucupās. Malateſtam
tāq̄ belli iperitū deicere curauit. Effecitqȝ vt ipſe loco ſui copijs oīb⁹ a Florētinis p̄ficeret
Ac ſic p diuiſiōem ciuiū egit: q̄ τ equitani τ vrbi prefect⁹ fuit. τ plenariū dn̄ium in vrbe oc
cupauit. Qui palatiū igreſſus ſtatim p̄ores τ ceteros magr̄atus deiecit: atqȝ ide cuȝ quotti
die multos paſſim τ iterficerēt a ciuib⁹ vrbe eiect⁹ eſt. Nā angelus acciolus vrbis archiep̄s
cum viderat hoīs ſeuitiam τ tyrānidem: ſtatim armatos ↄciues ī ep̄atū ad ſe vocauit: τ p̄ri
am τ ciuitatē ī libertatem vēdicauit. Et Gualteꝝ pp bn̄ficia collata īcolumē cū militibus τ
rebus ſuis abire p̄miſit Plebs v̄o ipſa igrata (vt mos ē) nobiles ſuos quoꝝ ↄſilijs τ armis li
bertatem ↄſecuta fuerat: cōfeſtim vrbe eiecit. τ direptis eoꝝ bonis euerſiſqȝ domib⁹ eos p
petuo exilio dānauit.

Andreas Caroli vngarie regis filius: hoc ipſo āno. ſ. 1343. mortuo Roberto ei⁹ patruo Sici
lie rege ſine virili ſemie ſuſcepta Ioāna ipſi⁹ Roberti regis ex filio nepte vxore: poſt ſoceꝝ
τ patruū ſuū regnauit ī Sicilia τ Apulia ānis. 3. Sȝ Ioāna poſt triēniū cognita viri ſecor
dia ↄſentiētib⁹ agnatis ei⁹ qui regno ihiabāt. Andreā ip̄m viꝝ τ ↄſobrinum ſuū p īſidias la
queo iterimere fecit: τ alteri ↄſobrio nupſit: vȝ Ludouico Tarēti p̄ncipi olim filio: quē Ro
berti frēm fuiſſe docuim⁹. Tū Ludouicus Vngarie rex τ ipſi⁹ Andree frater. Ep̄lām in
hec verba trāſmiſit: Ioāna iordinata vita precedēs. retētio poteſtatis ī regno: neglecta vin
dicta: τ excuſatio ſubſequēs: necis viri tui probāt te fuiſſe participem τ cōſortem. Atqȝ ita
Ludouicus ei⁹ frater multoꝝ precib⁹ ipulſus cum paratiſſimo exercitu ī italiā (ad vlciſcen
dum ſcelus) venit. Et p̄mo Sulmonēſes reſiſtere auſos oppugnare cepit. eoſqȝ ī poteſtateȝ
redactos cruētiſſimas cedes egit. Ac ſic id regnū per ſeptem ānos ſub multis cōtētiōibus τ
armis fuit.

1344 Ioānes vicecomes Mediolanēſis archiep̄s: h̄ āno Luchino fratre defuncto: ſolus Medio
lanēſe regnū obiuit τ regnauit ānis. ii. τ mēſ. 8. Mattheus eim hui⁹ p̄i cognomēto magn⁹
quinqȝ genuit filios Galeciū: Marchū: Luchinū: Ioānē hūc τ Stephanū: Galeatio pri
mogenito Accius filius fuit: qui eidē ī regno ſucceſſit: eo āt ſine p̄le defūcto. (cū Marc⁹ ſu
p̄ſtes nō eēt) Luchinus ſucceſſit. defuncto vero Luchino (cū Stephanus antea defeciſſet)

Bauaruſ
hic iure gentiū i regno ſucceſſit: qui inito ꝑncipatu vt erat aio gnoſo: igenioq̨ celebri ſtati
Galeaciū Stephani fratriſ (iā demortui) filiū: ⁊ Bernabonē ei⁹ frēm: quoſ Luchiuſ ꝑzuuſ
regno depulerat: redire Mediolanū voluit quoſ ⁊ honorib⁹ ac diuitijſ munificētiſſime ere
xit. Indeq̨ Galeaciū virū ab adoleſcētia ſtrenuū: ⁊ belli ſcientiſſimū militie ſue iperatorez
ꝑfecit. Qui ſtrenuiſſim⁹ ipator ad veterē regni ſui potētiaz maxīa addidit icremēta. Vn̄ ⁊
ſo ꝑncipatuſ ſui āno Bononiā vrbē opulētiſſimā āpliſſimāq̨ obtiuit. quā ⁊ Roman⁹ pōti
fex aliq̄ lege ei ꝑmiſit. Inde bellū ꝯ florētinoſ ⁊ aliaſ ethrurie ac flaminie vrbeſ ſuſcepit q̄ſi
genti terrore breui tpſ ſpacio: aut ſubditaſ: aut ſibi fere oēſ tributariaſ fecit. Maſtini et Sca
ligeri filiū federe ſibi ⁊ amicitia ꝯiūxit. i liguriā poſtmōz ꝯuerſ⁹: Genuā ⁊ Sauonā ciuita
teſ cū pedemōtiuz caſtriſ pari terrore regno ſuo breui adiecit. Quaſ ob reſ nō mō ꝑ italiaz
vez ēt ꝑ exteraſ ⁊ ifideleſ natōeſ noiatiſſim⁹ ⁊ formidabil' bituſ ē. Et ppea venerūt ad eum
multi pꝛicipū ⁊ regū legati viſendi hoiſ cā: quoſ ita cōiter ⁊ ꝑbēigne ſuſcipiebat: vt more au
guſti Ceſariſ ex amiciſ amiciſſimoſ redderet. Cū ciuib⁹ ⁊ ſubdit oibuſ ſuiſ ꝑhūaniſſime
vixit: in deliquēteſ clemēſ: erga amicoſ ⁊ paupeſ (vt pōtificē ꝺcebat) pietiſſim⁹ ⁊ liberaliſſim⁹
fuit. Tandē hic iuſtiſſim⁹ ꝑſul: ⁊ iuictiſſim⁹ ꝑncepſ oi v̄tutū gn̄e ornatuſ. āno dn̄i. 135 . mē
ſe octobri Mediolani deficiēſ: i tēplo beate virgi ſacrato marmoreo zenotaphio ſeplt⁹ fuit.
Vbi tale Epygramma habetur.

Quā falt⁹: ꝙ pōpa leui⁹: ꝙ gloria mūdi:
Sit breuiſ ⁊ fragiliſ: humana potētia quā ſit
Collige ab exēplo: qui trāſiſ perlege differ
In ſpeculo ſpeculare meo: lachriabile carmē
Qui ſiz qui fueri licz qui marmore claudar
Sanguie clar⁹ erā: vicecomeſ ſtirpe Joāneſ
Preſul erā paſtorq̨ fui: bacculūq̨ gerebaz
Noie nulluſ opeſ poſſidebat latiuſ orbez.
Impio titl'oq̨ meo mihi mediolano: aliaſ
mediolanum.
Vrbſ ſbiecta erat laudēſe ſolū placētia grata
Aura parma bona Bonōia: plebra Crēona
Pergama magna ſati ſ lapidoſ mōtib⁹ altiſ.
Brixia magnipotēſ: bobienſ terra trib⁹q̨
Eximijſ dota boniſ terdona vocata.
Cumaz telluſ. nouaq̨ Alexādria pinguiſ.
Et v̄cellaz telluſ: atq̨ Nouaria ⁊ alba
Aſt quoq̨ cū caſtr pedemōt iuſſa ſbibāt:
Jāua q̄ ab antiquo ꝯdā iam ꝯdita Jano
Dicit: ⁊ vaſti narratur gloria mundi
Et Sauoneſiſ vaſ: ⁊ loca plurima: que nūc
Difficile ē narrare mihi mea iuſſa ſubibāt.
Tuſcia tota meū metuebat langnida nomē
Per me obſeſſa fuit pplo Florentia plena.
Bellaq̨ ſuſtiuit telluſ Peruſina ſupba
Et Piſe ⁊ ſene timidū reuerentur honorez
Preſtabāt meme metuebat marchia tota.
Italie ꝑteſ oēſ timuere iohannez
Nūc me petra tenet ſaxoq̨ icludor in iſto
Et lacerant vermeſ: laniant vndiq̨ corpuſ
Quid mihi diuitie: quid alta palatia ꝓſunt
Cū mihi ſufficiat ꝑuoq̨ marmore claudor

Nicolauſ Rentij quidā ciuiſ Roman⁹ ⁊ public⁹ i ea vrbe ſcriba: h̄ āno vt erat vir magnaiuſ
⁊ ad libertatē Romanā excelſi ai erectuſ ſtatū regiſ a Clemēte pōtifice auctōitate ap̄lica
ꝯſtitut⁹. mutare ꝓ virib⁹ conat⁹ ē. hic cū i capitolio publicuſ ſcriba eēt: ſenatōibuſ ex eo pul 1345
ſiſ ꝑm ꝑ arma cepit. Quā ob cām tantū bēiuolētie ⁊ auctōitat apud oēſ ſibi ꝯpauit. vt faci
le quo vellet mētez ppli Ro. flecterer: qui vt aioſ boiuz cōmouerz: hūc accepit titulū. Nico
lauſ Seuer⁹ ⁊ Clemēſ libertat: pac: iuſticieq̨ tribun⁹: ac ſacre ro. reip. liberator illuſtriſ:
q̄ quidē v̄ba tantā de ſe ⁊ admirationē ⁊ opinionē ꝯcitauit. vt oēſ italie ꝑncipeſ ꝑ legatoſ pa
cē amicitiāq̨ ab eo q̄ſierīt. Externe quoq̨ ꝓuicie romanā rēp. remiſcere putauerūt. ſʒ pa
rū ei⁹ fugata gl'ia durauit. Quia dū pti ciuiū ꝯtulit: pti aduerſat: vnde ⁊ r̄pēte de ꝑrono ty
rānuſ appellatuſ ē. hāc obrē ſibi cauēſ ſeptio magr̄atuſ ſui mēſe: ſpōte ſua. ⁊ oibuſ ſuiſ igna
riſ mutata veſte: roma ꝑ obſcurā noctē abiēſ: i Bohēiā ꝓfect⁹ ē ad Carolū ioāniſ regiſ filiū
Qui vbi eū recepit: ſtati i Auioem victū miſit: ⁊ pōtifici dono dedit. Eo āt i carcerē a pōti
fice ꝯiecto pōtifex quoſdā cardialeſ Romā miſit qui ꝯfractū vrbiſ ſtatū cōponerēt. ipi aūt
cardialeſ Frāciſci petrarche cōſilio vſi ad tollēdaſ plebiū ſeditōeſ duoſ ſenatoreſ. ſ. Petrū
Sarā colūnenſez ⁊ Joānez vrſi filiū iterato creauerūt.

Marſili⁹ ciuſ nomiſ ſcōuſ carrarienſiſ Vbertini filiuſ: hoc anno tertio k'laſ ap̄liſ p̄re defū
cto: Pataiuie vrbiſ ſeptra ſuſcipienſ: regnauit dieb⁹. 41. q̄r Jacobiuſ Vbertini ꝑruelliſ con 1346
ſpiratōe facta eū obtrūcare fecit: ⁊ ip̄e vrbiſ ꝑmatū iuaſit. Quibuſ ex reb⁹ eo ipo ſeditōne
nō modica in vrbe c rta quiquagita ex nobiliorib⁹ laqueo necare fecit. Qua ſedata: Carra
rienſeſ omneſ Andrea Dādulo Venetoz duce depcatore Venetiaz pꝛicij appellati ſūt.

## Mōtiſferetri regni ꝑncipium.

Galaſſuſ ex nobiliſſima ac illuſtri mōtiſferetri familia natuſ: hiſdem tpibuſ a Bauaro ipa
tore i vrbem marchie Anchonitane ciuitate auctoritate ipiali vicari⁹ ꝯſtitut⁹ fuit. Nam cū

Bauaruſ.
Clemenſ pp̄ Luchinū vicecomitē ⁊ germanū i Mediolāo ditōiſ ipij vicariū ꝯ Bauarū
ipm ꝯſtituiſſet ⁊ ipe pari mō i hac vrbe ⁊ tota marchia (eccl̄ie ꝓuincia) hoſ ex capitāeiſ ipe-
rij vicarioſ cōſtituit: Que familia nūc vſqꝫ hāc celebꝛē ⁊ vetuſti noīſ ciuitatē cū Eugubio
vmbꝛie ciuitate pro ro. ecclia gubernauit. Jn eiſdē aūt vrbibꝰ nūc Fedéricꝰ illuſtriſ reſ mi-
litariſ dux ex ea domo natꝰ ducatꝰ tituloſ (a Sixto pōtifice quīto) accepit: vir certe rei milita
riſ glia oībuſ ꝑferendꝰ: quē ēt lr̄aꝝ ſcīa cum ingenti ſcientia plurimum oꝛnant.

Varaneoꝝ regni initium.

Gentiliſ ex cellebꝛi ac ꝑſtantiſſima Varaneoꝝ familia in picentibꝰ natꝰ hac ipa tēpeſtate ſili
mō quo ⁊ Galaſſuſ a Bauaro i Camarini ciuitate vicariꝰ cōſtituit. Quā quidē ciuitatē ea
illuſtriſ Varanoꝝ familia in ꝓuītiaꝝ vſqꝫ eccl̄ie iure poſſidet: quā ſua pꝛudētia ſuaqꝫ v̄tute
mirū imodū cū bn̄iuolētia alioꝝ ꝑncipū auxere: ⁊ adeo vt nūc ⁊ ppl̄i frequētia ⁊ opibuſ ī
ter picēteſ ciuitateſ ꝑmaria bēat. Eā tn̄ familiā maximā a ciuibꝰ ſuiſ cedē ſuſtiuiſſe ferunt
qꝛ aliqn̄ ciuiū ſuoꝝ cōſpiratōe ſuboꝛta dū bi nobiliſſimi viri ſacriſ i baſilica iterſſent: viri
ſimul ⁊ pueri ac iſanteſ vſqꝫ ad iternicionē fuerūt ceſi. Vex nūc ⁊ iā mltiſ elapſiſ diebꝰ ab
eiſ Varanēſiū nobilibuſ optie gubernata quieſcit: hāc quippe vrbē vetuſtiſſimā fuiſſe con
ſtat: ad quā liuiuſ liͦ. 9ͦ. Fabij maximi fratrē quādo motꝰ ethꝛuſcoꝝ iuerat exploratū ꝑue
niſſe ⁊ mlta exceptū comitate fuiſſe ſcribit.

Carolꝰ 4ꝰ CArolus eiuſ noīſ q̄rtuſ: Joānis regiſ Bohemie filiꝰ: vigeſimuſſecundꝰ germanoꝝ
ipatoꝛ hoc āno iubēte clemēte pōtifice ab electoꝛibuſ deſignatuſ ipauit ānis. 31. vir
multaꝝ liguaꝝ ac lr̄aꝝ pitiſſimuſ iuſtuſ ⁊ rectuſ ac timenſ deū. bonoſ diligenſ ⁊
loſ ſcelatoſqꝫ odio habenſ. Hic cū iuſtuſ eēt nōnullaſ legeſ ꝯdidit: que adhuc extāteſ Ca
rolie legeſ nūcupāt. ipe eīꝫ (vt dixiuſ ante iperij ſuſceptiōē) Nicolaū ſcribā cepit: ⁊ i Aui
nione vinctū ad pontificē miſit. ſꝫ ⁊ dꝛachynū Roberti regiſ nepotē: quē Ludouicuſ eiꝰ
6546 1347 germanꝰ ⁊ Joāna ipiuſ Roberti neptiſ ad curā Neapolitani regni reliquerāt: cepit. ⁊ cap
tū vltio ſupplicio affecit. Et ꝑpea vno oīū ꝯſēſu Ceſar ⁊ Auguſtꝰ appellatꝰ fuit. Solꝰ aūt
Bauarꝰ ꝑnceps ob ꝑ̄riſ iiuriā illi ceruicē ſbdere recuſauit. Qui ſtati in italiā deſcendēſ: a ia
cobino carrariēſi: Maſtio Scaligero Gōzagiſ vicecomitibꝰ. alijſqꝫ Ciſalpie ꝑncipibꝰ per
benigne ſuſceptꝰ ē: ⁊ Mediolani ſm̄ morē coronā ferreā ſuſcepit: indeqꝫ cū inſigni comita
tu piſaſ petēſ: legatoſ totiꝰ ethꝛurie obuioſ hūit: qui dicerēt ſe patoſ eē ipiꝰ mādatiſ obtēpare
Cūqꝫ Romā cū igēti glia ꝑueīſſꝫ: a duobꝰ cardialibꝰ (eo ad eā rē miſſiſ) coronatꝰ ē: ⁊ Augu
ſtuſ appellatꝰ ē. Quo coronato: ſtatīꝫ oīa oppida ciuitateſqꝫ quaſ tyrāni multi iſtigāte Ba
uaro occupauerāt eccl̄ie Ro. eo mādante reddite ſūt. Eoſ tn̄ vicarioſ pōtificiſ legatꝰ i oppi-
diſ ſuiſ ꝯfirmauit. quoſ viderat Ro. eccl̄ie obſequēteſ vtpote Galeotū Malatateſtā Gui-
donē polentanū i flaminea: Ferratēſeſ i marchia anbonitana. Varēſeſ i piceno. Oꝛdela-
phoſ aūt nō obtēpāteſ e Ceſena Forolinio deturbauit: Quibꝰ optie geſtiſ Carolꝰ i germa
niā abijt. qui cū omnē ferme etatē vltro citroqꝫ ex italia i germaniā eūdo ⁊ redeūdo con
ſumpſiſſet tandē etate iā grādeuiſ ſaluti ꝓpꝛie cōſulenſ Vinceſlaū filiū natu grandioꝛē
āno dn̄i. 1370. ceſarē fecit ⁊ ipij ſucceſſorē ſibi delegit ac ſic cū pr̄e filiuſqꝫ impauit ānis. 8.
1347 Jngenſ vapoꝛ magnitudie hoꝛribili boꝛeali mouēſ regiōe magno aſpici entiū terroꝛe ꝑ celū
h̄ āno dilapſuſ eſt. Et ſūt qui ſcribāt h̄ eodē āno quaſdā beſtiolaſ multiplicato nūero i oꝛiē
te e celo cecidiſſe quarū cōruptōe ⁊ fetoꝛe execrabiliſ peſtilētia ſubſecuta eſt:
1348 Peſtiſ lugubꝛiſ ⁊ nifanda hoc āno icepit: ⁊ ꝑ treſ ānoſ ꝑ totū pene oꝛbē debacata eſt: que ꝑ
mo in Aſyam apud idoſ ob eaſdē beſtiolaſ icipienſ: paſſīꝫ ꝑ ꝓuīciaſ irrepēſ vſqꝫ i britānoſ
⁊ oēſ gēteſ adeo deſceuit: vt vix deciuſ quiſqꝫ ex mileſimo hoīe ſuperfuerit. Et pleraqꝫ lo-
ca pꝛoꝛſuſ derelicta ſunt.
Judei oēſ qui i germania erant: hiſ tꝑibuſ combuſti ſunt: eo ꝙ omniſ regioniſ puteoſ itoxicaſ
fuerū t āmixi: vt multi eoꝛum confeſſi ſunt.
1350 Joāneſ frācoꝝ rex: hoc āno philippo pr̄e defūcto franciſ regnare cepit: ⁊ regnauit anniſ. 25
hic cū Edouardo angloꝝ rege bellū a pr̄e ceptū ꝓſequēſ ſexto regni ſui āno i pitiriēſi agro
ſupaꞇ: ⁊ vna cū Philippo filio ſuo capit: i qua quidē clade Gualterꝰ Athēaꝝ dux (quē apō
floꝛētioſ tyrānū fuiſſe dixiuſ) vna cū. xx. milibꝰ galliſ iterfectꝰ eſt. Vex tertio captiuitatiſ ſue
āno ipe Edouarduſ magnitudie aī motuſ Joānem ipſū cū oībuſ captiuiſ hac cōditōe libe
rauit ⁊ dimiſit vt nūꝙ̄ ꝯ ſe bellū gerere pꝛeſumeret. Sꝫ nō ita multo poſt fide fraguſ Joā-
neſ pacē rūpenſ Edouardum ab integro capere arma ⁊ eū vſqꝫ itermitionem ꝑſequi ipulit
Armatiſ igitur centū ⁊ quinquagita nauibꝰ roſtratiſ ingētem exercitū ꝯ Joānem in gali
am duxit ⁊ maxima clade vniuerſum regnum diu affecit.

Bauarus

Jacobinuſ carrariēſiſ(quē dixim⁹ Marſiliū carrarienſē iterfeciſſe)h̄ eodē āno poſtꝙ q̄ttuoꝛ
ānis Patauij ſceptra tēniſſ3 a Gulielmo ei⁹ ex pellice filio occidit. Cui⁹ parricidij hec cā fu
it ꝙ Gulielm⁹ cū quodā milite cōtendēſ ab eo cōtumelia ſpuri⁹ appellat⁹ ē. Qua cōtumelia
laceſſituſ: mox domū regreſſ⁹ parentē i ſecreto accerſiuit: ⁊ i ipm ipetū faciēſ gladio ꝯfodit
⁊ iterfecit: ac i templo Diui Auguſtini ſepelliri fecit.
Foreſtinuſ de foreſtiſ Bergomēſ abauuſ meuſ: vir domi nobiliſ: ſ3 virtute ⁊ aī magnitudine
nobilioꝛ: hoc ipo āno poſt multoſ a Joāne vicecomite ob cōſilij ⁊ igenij magnitudinē ſuſce 1350
ptoſ honoreſ ⁊ dignitateſ apō Bergomū ciuitatē ſuā etate grādeu⁹ diē obijt: ⁊ ibidē i clau-
ſtro beati Stephani oꝛdiſ p̄dicatoꝝ celebri pōpa i ſepulchꝛo marmoꝛeo adhuc extante ſe-
pultuſ fuit.
Canem vm Scaligerū Maſtini p̄ncipiſ filiū hoc āno p̄re defūcto: Verone p̄ncipatū ſuſce
piſſe tradūt: quo i regno vixit āniſ q̄ttuoꝛ. Maſtinuſ quippe h⁹ genitoꝛ: treſ genuit filioſ: ca- 1351
nē hūc: Segnoꝛiū ⁊ Albutiū ex pellicib⁹ aūt multoſ. iter quoſ Frignan⁹ vnuſ fuit: qui anno
q̄rto p̄ncipat⁹ caniſ. dū ipe dn̄ſ caniſ Bolzanū oppidū recreādi aī cā ſe ꝯtuliſſet: ꝯſpiratōe
facta vrbiſ dn̄atum vigeſimoſeptio die mēſ maij occupauit. Quo viſo Caniſ: vt erat aio p̄
ſtanti adiuuātib⁹ Philippino Gonzaga ⁊ Mātuānēſibuſ: cū honeſto ſatiſ exercitu veronā veniēſ
vrbē ſtati obſedit: ac deniq3 poſt multaſ occidioneſ in carniſp̄uio vrbē diu ⁊ acriter oppu-
gnatā recepit. ⁊ de Frignano alijſq3 ſeditioſiſ ſuppliciū ſūpſit. Rex cū poſtea hāc obrē ni-
miū i ciueſ crudeſceret: a Segnoꝛio germano ſequēti āno. ſ. 1355. die. 14. dēcbꝛ iterceptuſ ⁊
obtrūcat⁹ ē. Atq3 ita Segnoꝛi⁹ ei⁹ frater: vna cū Albutio fratre (cōſentientib⁹ ciuib⁹) vrbiſ
p̄ncipatū ſibi deſumpſit.
Cometeſ hoc āno ſub ſeptēptriōe decēbꝛio mēſe appuit: quo extīcto: ſtati3 graueſ venetoꝝ
eſtuſ ſubſecuti ſūt ⁊ celeſtiſ trabſ pꝛioꝛe ardente p̄te per celū labi viſa eſt.
Philippuſ Auria Genuēſiſ patriciuſ: vir naualiſ belli p̄itia iſignit⁹ ⁊ ſūme prudētie ac eloquij
admirādi cui in eiſdē reb⁹ apō Genuēſeſ nemo īueniebat par hiſ t̄pibuſ a genuēſib⁹ ſuiſ dux
naualiſ belli p̄ficit. qui cū audiſſ3 venetoſ i grecia claſſe3 Genuēſiū cōfregiſſe ⁊ decē eoꝝ
triremeſ accepiſſe nō ꝯſternat⁹ aio ſ3 vt i greciā claſſim⁹ ipatoꝛ trahiciēſ: vniuerſā venetoꝝ
claſſē cū maxia hoſtiu3 occidione fudit. Et Nigropontē inſulā p̄imū afflixit: ac Chyū iſu
lā venetiſ parente3 cum ciuitate vi cepit: ⁊ cum igenti preda Genuā reuerſuſ de captiuitate
hoſtium triumphauit.
Ludouicuſ Philippi tharētinoꝝ p̄ncipiſ filiuſ: ⁊ Joāne Roberti regiſ neptiſ marit⁹ poſtꝙ
ꝯ Ludouicū cōſobꝛinū vngarie regē Apullie regnū obtiuit: Clemētiſ pōtificiſ noie Nea- 1352
poli iniūctuſ. h̄ āno regiā p̄tātem accepit: ⁊ regnauit āniſ. 26. Qui ſuſcepto regno pacē cū vn
garo renouauit. Joāna aūt regia in bn̄iuolentie ſignū Auinionēſe3 vrbē q̄ ſui p̄rimōij erat
Clemēti pōtifici vēdidit. Cāq3 pōtifex precij p̄mutatōe ſoluit. Nā eadē regia tantūdē ro.
ecclie ex feudo Apullie regni debebat quantū ipa Auinionēſiſ ciuitaſ valebat.
Celeſtiſ flāma poſt ſoliſ occaſū hoc āno iter zephyrū atq3 auſtrū latiſſime excreſcēſ terribile
q3 oſtentāſ. incendium tandem magno cum murmure celum ruit:

Viri doctriniſ excellenteſ.

Gerardū ſenenſē oꝛdiſ eremitaꝝ diui Auguſtini ſacraꝝ l̄rarum clariſſimū iterp̄retē: hac tē-
peſtate admōm ſenē obijſſe tradūt. virū certe eminētiſſimi igenij ⁊ Egydij romani imita-
toꝛē. Qui ſup p̄mū ſniaꝝ accutiſſime ſcripſit. Deide tractat⁹ de p̄ſcriptōib⁹ ⁊ de vſucap
tōibuſ de vſuriſ: de mōtib⁹ floꝛētinoꝝ ceteriſq3 ꝯctib⁹ quo plimū diu⁹ Bernardiuſ i tracta-
tu reſtitutionū vſuſ eſt. Hūc ēt tractatū Joāneſ andree ei⁹ cōtēpoꝛaneuſ multiſ i lociſ ⁊ ma
xime Mercurialibuſ plurimum cōmēdat ⁊ allegat.
Gerarduſ eiuſdem oꝛdiſ ⁊ doctrine ꝓfeſſoꝛ p̄ria Bergomēſ ⁊ Sauonēſiſ ep̄ſ: hiſdē t̄pibuſ i
p̄cio ex ſtēſ: pp̄lo ſuo maxia peſte laborāti vt ſc̄tm decet ep̄m: magiſ ꝓdeſſe aduiſ⁹ ē ꝙ pre-
eē. Qui cū pōtificij iuriſ eductuſ eēt i ſexto Decretaliū i. c. de re. do. multa cōmētatuſ ē. Se3
⁊ alia multa in laudē ſue religiōiſ deduxit: vnde ⁊ magr̄m ſniaꝝ nō iſulſe cōmētatuſ ē. ſup
ep̄lam ad hebꝛeoſ ſcripſit ⁊ ſup cātica canticoꝝ mirabilē expōnem fecit conectēſ Paulum
Salomōi ⁊ nouū teſtamentū veteri: p̄ncipiū h⁹ ē. Ale due cherubin inuicē ſe cōtingebāt.
Quolibeta ēt duo Pariſiuſ diſputauit. atq3 alia multa edidit opuſcl̄a. Mōaſteriū diui Au-
guſtini Sauone qō ex̄ vrbē erat ſua impēſa intra reducit. In cuiuſ inſtauratōe ⁊ ampliatio
ne ⁊ noſ per ſex ānoſ plimo ſudoꝛe laboꝛauimuſ. Moꝛienſ deniq3 nō ſine ſc̄titatiſ nomie
Bergomi iux̄ maiuſ altare celebꝛi ſepulchꝛo a ſe ſtructo ſepellitur.
Gulielmuſ de Cremona ipi⁹ erēitaꝝ oꝛdiniſ gn̄aliſ pꝛioꝛ: ⁊ poſt mōꝝ Nouarie epiſcopuſ: hec

Carol⁹ 4⁹
ipa tpa tū doctria tū moꝝ ſāctitate atqꝫ eloq̄ntia plⁱmū oꝛnauit. Js poſtea ꝙ ſexdeciꝫ ānis
gñalatus officium ꝑoptime exercuiſſet a Clemēte pōtifice pp ipius doctrie excellentiā ⁊
mltarū rerū cognitioneꝫ. Nouarienſ ecclie epſ deſignatus fuit. Jn qᵒ q̄deꝫ beatuꝫ pꝛem
Auguſtinuꝫ imitat⁹ duodeciꝫ ſui oꝛdinis fratres ſecū hr̄e voluit: cū quib⁹ ſacra faciēs: horas
canōicas nocturnas ꝑiter ⁊ diurnas quottidie vigili cura ꝑſoluebat. Hic i Nouariēſi epatu
multa edificia vetuſtate colapſa reſtituit: ⁊ celebrioꝛa reddidit: ⁊ caſtellū i epatus pꝛedijs
multa impēſa cōdidit. Diui āt pꝛīs Auguſtini corp⁹ a Joāne 22ᵒ cū maxia ꝑuilegij ꝓrogati
ua cōſequi meruit: vbi ⁊ locū celeberrimū vna cū ſeplchꝛo marmoreo toto mūdo celeberri
mo cōficere fecit. ſed ⁊ cōuentum Cremonenſeꝫ ac Nouariēſem multa impēſa augē fecit.
Antonius ꝑterea Ramphegolus natiōe Genuēſis eiuſdeꝫ oꝛdis theologus ⁊ declamatoꝛ ſui ſe
culi celeberrimus: ⁊ ipſe hec ipſa tēpoꝛa pꝛedicādo docēdo mouēdo ⁊ caſtigando clarioꝛa
reddidit: qui chꝛianis pplis ad bene beateqꝫ viuēdū verbo pariter ⁊ exemplo viaꝫ optime
oſtendit: Eius āt plīma in declamatiōibus extāt opuſcula: quibus ꝓdicatoꝛes plurimū vti-
conſueuerant.
Bonominus Bergomēſis medicus ex Cluſono oppido oꝛiūdus: ꝑ hꝰ tpſ diuina quadā me
dēdi diſciplina illuſtratus: oēs ſui tpis medicos excelluit: ⁊ quedā in medicia obſcura multꝭ
q̄ōnibus explanauit: Tractatum ēt quēdā de venenis cōpoſuit.
Thomas medicus Dini floꝛētini medici filius: hiſdē tpib⁹ nō iferioꝛi igenio ⁊ fama patri ſb
ſēcutus: ēt ſūmaꝫ de arte medēdi pulcherrimam poſt ſe reliquit.
Bartolus Saxoferrateus: iurecōſultoꝛū ſupioꝛis ſeculi excellētiſſimus: ⁊ eiuſdē legis copioſiſ-
ſimus explanatoꝛ: Cyni ⁊ Jacobi botigarij auditoꝛ: his quoqꝫ tpibus vniuerſo mundo ad-
mirabilis fuit. Qui pꝛeceteris legū interpꝛetibus: in Digeſto nouo ac veteri: ac Jnfoꝛtiato:
necnō ⁊ in reliquis legū codicibus ꝓclariſſima edidit cōmētaria: quorū celebritate vulgatiſ
ſim⁹ hr̄. Scripſit et tyberiadis Tractatū: ⁊ aliū de Guelphis ⁊ Gibellinis: Ferūt ⁊ ei⁹ ꝓclā
cōſilioꝝ volumia: Obijt āt āno domini. 1355. etatis vō ſue quinquageſimoſexto.
Franciſcus tygrini patria piſanus iuriſcōſultus: per hoc ipſuꝫ tēpus ſcia ⁊ ſcītate vite laudat:
qui ⁊ ipſe nōnulla in legibus cōmētariola ſcripto mādauit.
Franciſcus quoqꝫ Albergotus natōe aretinus: ſolidus leguꝫ explanatoꝛ: Bartoli amiciſſim⁹
⁊ imitatoꝛ ꝑ hec ipſa tēpoꝛa floꝛuit. ⁊ quedam extātia compoſuit.
Jnnocenti⁹ ei⁹ noīs ſextus papa: patria lemonicēſis Stephan⁹ antea vocat⁹ iuris
Papa. 203 i utriuſqꝫ cōſultiſſimus: hꝰ āno. 16. kalēdas decēbris Clemēti ſurrogat⁹: ſedit annis. 10.
Jntegerrime vite: magneqꝫ cōſtantie ac ſeueritatis vir: qui eccleſiaſtica beneficia
nō niſi religioſiſſimis ⁊ doctis viris vnq̄ cōcedere voluit: Qui inito pōtificatu ſtati ſub ana
thematis pena oib⁹ epis ⁊ reliquis pꝛelatis vt ad ſua benificia pꝛoficiſcerent mandauit. Jpe
6552 1353 āt ipeſā domeſticā minuit: ⁊ familiā ſuā viroꝛuꝫ vtiqꝫ pꝛobatiſſimoꝛuꝫ ad honeſtū numeꝝ
redigēs: ⁊ vt id cardinales facerēt acerrimo edicto mādauit: Auditoꝛib⁹ ꝑterea ſacri pala-
cij Salaria cōſtituit: i muneribus coꝛrumpi ob inopiā poſſet: hic i victu ſuo parcus fuit: ſed
i bellico ſūptu largiſſim⁹ habit⁹ ē: Huius vō ſuaſione inter genuēſes ⁊ venetos deniqꝫ fedus
initū ē: Multaqꝫ eccleſie ditionis oppida ⁊ loca a tyrānis iādiu occupata ꝑ Egidiū legatū
repetijt: ⁊ iter piſanos ⁊ floꝛētinos pacē cōpoſuit: atqꝫ tumultuāte Ro. ciuitate i creādis ſena
toꝛib⁹ eoꝝ diſcoꝛdiā optime ſedauit: qꝛ ab eiſdē obtinuit: vt ſenatoꝛē ipſe vnū externū mit-
tere poſſꝫ: Et quinquageſimonono domini nr̄i Jeſu Chꝛi āno ſupꝛa mileſimūtrecēteſimū
Raymūdū de gēte ptholomea ſenēſē pꝛimū externoꝝ ſenatoꝝ Romā miſit: qui ꝑ ānū Se
natoꝛiū mun⁹ geſſit. Et poſt eū Ludouicū de Rotha piſanū ⁊ vngaꝝ ſaxoferratēſē: qui ſe-
meſtrē vterqꝫ ſenatū hūit: poſtea Thomā ſpoletanū: qui ꝑ ānuꝫ geſſit: Ad cuius āni fineꝫ
exoꝛto tumultu: creati ſūt ſeptē reip. refoꝛmatoꝛes: qui ſenatus poteſtatē geſſerūt. Ad quos
deponēdos Ugoneꝫ luſignanū Cypꝛi regē ab expeditione in turcos ducta reuerſuꝫ: ſenato
rē miſit. Et poſt eū Paulus Argenti comes capelli ſpolitanus ſenatoꝛiā geſſit: Cōſtituerat
āt Claſſeꝫ maioꝛē in turcos mittere: ſed multis ai ꝑturbatōibus afflictus deſtitit: quib⁹ mals
āno pōtificatus ſui decio moꝛtu⁹ eſt. ⁊ i monaſterio diui Andree cartuſiēſium oꝛdis quod ip
ſe extra Auinionēſeꝫ vrbem pꝛopꝛij impēſis extruxerat: ſepult⁹.
Marinus Faleranus. 58⁹. venetoꝛū dux Andree dandulo ſuffect⁹: ducauit mēſib⁹. 7. ⁊ die-
1354 bus. 6. Qui dū ſibi vniuerſā remp. vſurpare licētia queſiuiſſet: a ſenatu captus apud ſcalam
palacij vniuerſo ſpectāte pplo ſecuri ꝑcutit ⁊ dignū maloꝝ ſuoꝝ exitū aduenit. Cū quo ēt
nōnulli plebei cōplices: vꝫ Philipp⁹ ſaplicida Calderari⁹ ⁊ Bertutifrel ac quidā alij: quos
i patiblo appēdere fecerūt. H⁹ aūt corp⁹ apō pꝛedicatoꝛes ſepelierūt.

Carolus quartꝰ

Joānes Gradenigo iterfecto Mario admōꝫ ſenex bonoꝝ oīum ſuffragijs quīqgeſimꝰ nonꝰ Venetiarū dux: ſuffectꝰ: ducauit āno vno: ⁊ mēſibꝰ. 3. vir certē ſapiētiſſimꝰ: ⁊ diuiaꝝ hūanaꝝqꝫ lraꝝ ⁊ iurꝭ apme eruditꝰ ac tāto magſtatu dignꝰ: qui pluſ ⁊ ſopitꝭ ſeditōſis rēp. optie ꝓpe gubernauit. huic āt Ludouicꝰ pāonū rex bellū mouit ⁊ i Taruiſiū vrbē ē qdragita armatoꝝ equitū milia duxit. qui vrbē ⁊ eius agrū plimū pturbauit. Sꝫ nec ſenatus venetꝰ pſtis ſeditōibus oīo expers fuit: hos aūt cuꝫ inocētius pōtifex ad pacē reducere tēptaſſꝫ fruſtra laborauit. Deniqꝫ cū maxio reipu. detrimēto deficiēs apud fratres miores ſepultus eſt. 1355

Bernabos ⁊ Galeacius Stephani vicecomitis filij: hꝰ āno Joāne archiepo pꝛuo defūcto in Mediolanēſi domio ſucceſſerūt. Qui pncipatu ſuſcepto ſtati cuꝫ venetis alijſqꝫ socijs ciuitatibꝰ fedus pcuſſerūt. ſed paulopoſt Genua ſola ab eis defecit. nec multopoſt Bonōia: quā cū Bernabos recupandi gra bello pmeret: ⁊ regiā magna obſidiōe vrgeret Arduius Burgūdus Cisterciens abbas ⁊ legatꝰ aplicus accitꝭ i ſocietatē belli Philipio gōzaga. Cane ſcaligero alijſqꝫ ſue ditionis vicarijs i Brixiāos duxit. At Bernabos Brixianoꝝ piculo motus relicta Bonōia ⁊ Regio i hoſtē pficiſcit: ⁊ apud clarūmōtem agri ipius Brixiani oppidum magno pſidio adeo fuſus ⁊ fugatꝰ ē: vt Brixiā cū paucis ſe cōtulerit: atqꝫ ibidē deiceps vix menibꝰ tutari potuerit: Stātibus rebꝰ: mox Galeacꝰ eiꝰ germāus mortē obiēs filiū vnicū ex Blāca Sabaudiani pncipis filia ſuſceptū noīe Joānēꝫ Galeaciū poſt ſe hꝛdem reliquit: qui excreſcēs poſtmōm regnū cū Bernaboue pꝛuo diuiſit. Et ea i ptitōe Berneboui Placētia: Parma: Cremōa: Laudū: Crema Brixia. Bergomū ⁊ Comū cū dimidio Mediolano obuenit. Joāni Galeacio marie vō Papia: Therdona: Bobiū: Alexādria. Nouaria: Vercelle: cetereqꝫ ciuitates ad Alpes verſe cū reliqua Mediolani pte cōbueuere. Bernabos aūt tāqꝫ etate maioꝛ Mediolani regni ſedeꝫ poſuit. Galeacius vō Papie cōmorari ſtatuit. Atqꝫ eo mō regnarūt ānis vigitiſex: i quibus maxie ſimultates ⁊ odia (vt fit) exarſere. Tandē Joānes galeacius cū multas mortis iſidias a Bernaboue pꝛuo ptuliſſꝫ āno dn̄i. 1382. ⁊ ipe Joānesgaleacꝰ patruū dolo ꝯprehēdit ⁊ i Triciana arce munitiſſima ꝑpetuo carceri mācipauit. vbi paulopoſt doloꝛe aī egritudie ꝯtracta vitā cū morte mutauit. Relictꝭ poſt ſe multis filijs ex vxore carrariēſi ſuſceptꝭ. quoꝝ pimus Carolꝰ fuit. qui ſublato pꝛe ad Arminiacū principē ſe cōtulit. vbi ⁊ Joānēꝫ noīe piceninū genuit. Joānesgaleacꝰ aūt a Bernaboue capto oē regnū ſibi ipi ſubiecit. ⁊ filios eius vniuerſos e regno depulit. 1356

Joānes Delphinus ſexageſimus venetoꝝ dux Joāni gradenigo ſuffectus ducauit ānis. 5. et mēſibus. 3. Hic vir prudētiſſimus hītus cū apud Taruiſiū ꝯ vngaros Cāpi pꝛuiſoꝛ exiſterꝫ Dux creatus ex ſenatus decreto ſub ducali vexillo venetias ſtatīꝫ cōceſſit. qui mox ab vngaro pacē expoſtulās ab eo phumane ſuſcepit. quo timore libꝛatus mox ꝯ genuēſes cuꝫ iperatore cōſtantiopolitano fedus inijt ⁊ igenti claſſe cōpata genuēſes iter cōſtātiopolim ⁊ calchidinē aggrediūt. genuēſibus iniquo aduerſāte vento. cuꝫ quibꝰ a veſpa vniꝰ diei vſqꝫ ad alterā diē hiemalis tpis pugnauerūt. quos tamē genuēſes cū igēti cede ⁊ turpiſſima fuga ſupauere. Dux aūt Joānes tantā cladē a genuēſibꝰ ſuſceptā iniquo aīo ferēs reitegrare claſſē cū cathelāis fecit. ⁊ ſequēti āno nō lōge a Corſica iſula gēuēſiū claſſem per Nicolaum piſanū itercepit ⁊ eoꝝ triremis quadragita viris hōuſtas demerſit. Tandē ⁊ hic ſtrēuus pncepſ cuꝫ alia multa faciora tum cuꝫ vngaris tum cum genuēſibꝰ ſtrēue geſſiſſet: vita fūctus apud pꝛedicatores i capella maioꝛi ſepellitur.

Belge gētes his diebꝰ germāie fines igreſſi: nō lōge a flumie Rhēo cētum milia hꝛamāzāoꝝ ſupant. ⁊ Treuerēſem ac Aquiſgranum ⁊ alias eoꝝ pcipuas vrbes capiūt.

Terremotus maximi adeo in hyſpania: hoc āno fuerūt vt pcꝑtim Sibillie ⁊ coꝛdube maxima carum vrbium edificia ceciderunt 1356

Egidius hiſpalēſ epiſcopus ⁊ Sabius cardinalis ex clariſſima ⁊ nobiliſſima carilla gēte hyſpanie pꝛuicia natus: his tpibus ob res ſtrenue geſtas apud Innocētium alioſqꝫ ſūmos pōtifices maximo i precio habitus ē. Cuiꝰ vtute cōfiſus inocentiꝰ pōti. ex Auione legatum i italiaꝫ ꝯ tyrānos ⁊ ecclie rebelles cōprimēdos miſit. Qui Romā veniēs coꝛōatoqꝫ Carolo breui oīa oppida que iſtigāte Bauaro in flaminia i marchia anchonitana ⁊ i pꝛimōio ſcti Petri tyrāni occupauerāt recepit. Eos tamē vicarios i oppidis ꝯfirmauit quos viderat ecclie obſeqntes. 1357 paccata hoc mō flamia ⁊ pulſ ordelaphis Egydiꝰ Foroliuio delectatꝰ ibidē ecclie errariuꝫ ⁊ ſue legatōis ſedem cōſtituit vbi ⁊ cōſtitutōes quaſdam cōpoſuit quibꝰ adhuc ipſa vtit pꝛuicia. cūqꝫ oēꝫ paccaſſet italiā ꝯctoſqꝫ pꝛuicie pncipes ⁊ pplos ad officiū pōtificꝭ redegiſſꝫ nec nō ⁊ multas arces edificaſſꝫ i galliam ſucceſſore hito reuerſꝰ eſt. Innocētio deide moꝛtuo: Vrbanus pōti. ſucceſſoꝛ iterato ad tuendam ecclīaſticam libertatem ipſum Egydium cuꝫ

Carol⁹ 4⁹
ſūma ptāte in italiā miſit. Qui ī italiā veniēſ Canēgrandē: Ludouicū Gonzagā: Nicolaū eſtēſez ꝛ Frāciſcū carrariū ad ecclie federa cōtra Bernabouē vicecomitē ꝛ reliquoſ viceco miteſ traxit. Qui oēſ aduerſuſ Bernabouē Regiū de Mātuano ꝛ Mutinā de Ferrariē ſe agitantē bellū gerebāt. Acciditqꝫ tūc Bernabouē ſupari: mltoſqꝫ ſuoꝝ capi: Inter quoſ fuerūt Ludouic⁹ vicecomeſ Bernabouiſ ipi⁹ ex pellice fili⁹: Andreaſ pepull⁹: Bonōia pulſuſ: Sinibalduſ ordelaphuſ: Paul⁹ Mirādolan⁹: Guido Foliane⁹: Azo cōrigiēſiſ: Gulielmuſ Caualcaboſ Cremonēſ: ꝛ ipe Bernaboſ manu ſauciuſ auffugit. Permoti āt vicecomitū calamitate: Francie ꝛ Anglie ac Cypri regeſ: legatoſ ad Egidiū Ceſene manētez miſceri oratū vt pacē vicecomitib⁹ rdderet: Quib⁹ pcib⁹ mot⁹ legat⁹ (vocatiſ bello ſocijſ eiſ cōſentientib⁹) pacē reddidit. Cui⁹ rei cā multi qui ab ecclia diſceſſerāt ſtati Egidio deditionē fecerūt. Tandē vo cū Urban⁹ ex Auiniōe Romā veniſſet: Egidi⁹ rōnez admiſtrate reip. reddidit: ꝛ legatōi ceſſit: Qui cū pōtificē ex corneto ī lateranū vſqꝫ pduxiſſꝫ. ide Uiterbiū quietur⁹ redijt: vbi tertio mēſe poſt diem obijt. Et Aſſiſiuz ei⁹ corp⁹ delatū (in baſilica diui Frāciſci ſepultū) in tumulo a ſe dū viueret condito.

Nicholauſ Eſtenſiſ magnifici domini Obizoniſ viri prepotētiſ fili⁹: hoc āno (vt aiunt) patri vna cū Alberto eiuſ fratre ī regno Ferrarie ꝛ Mutine ſucceſſit: Uir certe eloquentia: clemētia ac liberalitate inſigniſ. Qui lꝫ de hoſtibuſ multoſ celebrauerit triūphoſ: tāta tamē claruit equitate: ꝛ modeſtia atqꝫ cōſtātia: vt nūq̄ vel proſperiſ ſucceſſib⁹ īſoleſceret: vel aduerſiſ frangereſ: de quo certe iux̄ ſui noiſ interpretatōez dicere poſſumuſ. q꞉ Nicholauſ victor laudabiliſ interpretaſ. Nō ipſe oīb⁹ in reb⁹ ſēp victor extitit: ꝛ nō mō ꝯ ex̄neoſ hoſteſ. verū ēt ꝯ ipſa ſua vitia cōflixit: ꝛ de eiſ triūphauit: ꝛ ꝓ tuēda eccleſiaſtica libertate plurimū laborauit: Et hāc obrē q̄ maxime ꝯ Bernabouē vicecomitē plurima bella geſſit: ꝛ ſēp (victoriaz obtinuit. Et primo (vt dictū ē) illū apud mōtēclarū agri Brixiēſiſ fudit: aliaqꝫ vice ſupatuz ꝛ ſauciū aufugere coegit: Qāobrē multiſ comulatiſ diuitijſ: Fauentiā vrbē ab Haucuth iperatore gallo (viginti milibuſ numū auri emit: Inde vt ipſā ciuitatē ſub ptāte faciliuſ cōtinere poſſet) ab eodē ēt bagnacauallū noui nomiſ oppidū emit: quā tamē aut multopoſt Aſtorgio Māpbredo eā proditione adipiſcente amiſit.

1360 Pagan⁹ genuēſiſ ex preclariſſima ac nobiliſſima Auria domo nat⁹. Uir reb⁹ bello geſtiſ clariſſimuſ: quē genuēſeſ alterū Themiſtoclez grecū in patria ſua merito appellare poſſūt: hiſ dē tpib⁹ ꝯ iperatorē grecū ꝛ regē aragonū ac venetoſ: qui ꝯ genuēſeſ īſurrexerāt cū ſeptuaginta quattuor triremib⁹ ꝛ alijſ nauigijſ plurimiſ (cū tātiſqꝫ copijſ quātaſ habere potuerūt: magna virtutiſ ſue dedit experiētiā. Hic. n. cuꝫ ſexaginta tātū triremib⁹ eandez ingētē claſſez inter Conſtantinopolim ꝛ Calcedonez aduerſante ſibi ēt vēto ingenti ꝛ preſtāti aīo expectauit: ꝛ licet hoſteſ potentiſſimi: licet ventū contrariuꝫ: licetqꝫ mare infeſtū haberet: ꝯ eoſ tamen a veſpera diei vſqꝫ mane hiemali etiam tpe pugnā ſuſtinuit: ꝛ de eiſ tādem victoriā obtinuit. In q̄ greci fugierūt ꝛ veneti ac chatelani maximā cedez ꝑpeſſi ſunt. ꝑfecto cathelanoꝝ occiſo veneti tn̄ ꝛ cathelani āno ſequēti Genuenſiſ apud Corſicā aggreſſi q̄draginta hoſtium triremeſ vir (armatiſ captaſ dimerſerūt. Sed paganuſ tātam ſuorum cladez nō ferrenſ maximā ēt ſtati cōpauit claſſem. Et in grecia delatuſ apud ſapientiam peloponenſi ꝑmontorium venetoſ aggreſſuſ mira felicitate ſuperauit. Et eorum claſſiſ prefectuz Nicholauꝫ piſanum cum quinqꝫ milibuſ captum Genuā ſub triumpho pduxit: ac ſic non ſolum patrie ſaluſ: ſed ꝛ grecie hic inuictiſſimuſ imperator quo aduixit extitit. ꝛ non ſolū hec ſed ꝛ alia innumerabilia facinora geſſit: que in ānalibuſ genuēſium optime tractantur. Naz velut alter Temiſtocleſ de inſtantibuſ quibuſcunqꝫ veriſſime iudicabat: ꝛ de futuriſ calidiſſime cōijciebat.

1361 Laurentiuſ Celſiuſ: p̄muſ ꝛ ſexageſimuſ venetoꝝ dux. Joāni Delphino hoc āno ſuffectuſ ducauit āniſ. 4. Uir etiam Naualiſ belli inſigniſ: qui ꝛ multa claſſico bello ſtrenue geſſit. Hic cum claſſiſ prefectuſ eſſet: ꝛ nō longe ab vrbe ꝯſiſteret abſenſ omniuꝫ ꝯſenſu dux electuſ fuit qui ſua ſapientia (licet multa icommoda a Genuenſibuſ pertuliſſet) non minora ꝛ ipſe ijſdem itulit damna. Moriēnſ deniqꝫ cum multo reipu. incōmodo apud ſanctā Mariā Celeſtinoꝝ ſepellitur. Ac ſic nunc tertiodecimo huic libro finem iponemuſ: cū ea que ſequūtur propter nouaſ religioneſ ꝛ Sciſmatū ꝑturbationeſ lōgam exigant orōnez.

Fratriſ Jacobiphilippi Bergomēſiſ: ordiſ fratrū eremitaꝝ diui. Auguſtini: in oīmoda hiſtoria nouiſſime cōgeſta Chronicaꝝ ſupplemētuꝫ appellata: liber q̄rtuſdeciuſ felicit̄ icipit